



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Elisaeus

Augustæ Vindelicorum, 1720

An Possit dari absolutio absque Confessione prævia. [n.] 124.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194



TITVLVS IV

De Sacramento Pœnitentia.

CONFERENTIA. I.

De essentia Sacramenti Pœnitentiæ.

124.

Studiosus Theologiæ obiter audivit ex suo Professore, in sententia Scotistarum sacramentum Pœnitentiæ consistere essentialiter in sola Absolutione Sacerdotis legitimi, non vero in Confessione: ideoque accessit ad Confessarium Franciscanum, ab eoque petiit absolutionem sacramentalem: & dum Confessarius requireret prius Confessionem dolorosam faciendam. *Re. dir.* Studiosus, se fore contentum, si possit habere essentiam Sacramenti Pœnitentiæ, quæ apud Franciscanos in sola absolutione comprehenditur. Quæritur ergo, an hic Studiosus prudenter Theologie egerit: & quid ipsi fuerit explicandum à Confessario?

RESOLUTIO: Sicuti ineptus quis perent ostendit

De essentia Sacramenti Pœnitentiæ 79

ostendi sibi hominem absque capite, manibus
ac pedibus, ita hic Studiosus inepte petit
Sacramentum Pœnitentiæ absque Confessio-
ne & Contritione: etenim sicut homo dari ne-
quit sine partibus integrantibus (non obsta-
te, quod hæc non sint de essentia hominis, ita
non potest dari Sacramentum Pœnitentiæ abs-
que Confessione dolorosa, licet ejus essentia
consistat in sola Absolutione, quia Confessio
& Contritio sunt ejus partes integre, aut
certè conditio sine qua non. Itaque malè in-
formatus Studiosus debuit æquè apud Confes-
sarium Franciscum deponere suorum pecca-
torum Confessionem dolorosam, ac apud alium
alioquin sine Absolutione dimittendus.

**De examine ante Confes-
sionem.**

CONFERENTIA II.

Rusticellus ingressus Ecclesiam, in salutato
Venerabili Sacramento, immediate acce-
dit Confessionale dicens ad Confessarium,
Domine Pater vellem confiteri, examines
me, ne aliquid oblivione sepultum maneat.
Quæritur, an Confessarius teneatur illum ex-
aminare, an verò dimittere, ut ipsemet confes-
sionem suam examinet.

RE.